

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier g
cum uariis

Viduarum ac uirginum domos nisi uisitandi gracia iuniores adire non est opus, et hoc cum senioribus, hoc est cum episcopo, uel si grauior causa est cum presbytero. Quid necesse ut demus secularibus obtrectandi locum? Quod si aliqua illarum forte labitur, cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quanti non dederunt errori locum et dederunt suspicioni? Prima temptamenta clericorum sunt feminarum frequentes accessus; iste sexus reprehensibiles exhibet clericos.

Ambrosius libro I. de officiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uisitandi] incitandi M; est opus] opus est P V¹ V² L¹ L²; exhibet] reddit P V¹ V² L¹ L²